

AA. LL. Mag. et Senat. Viteb. Assessoris Amplissimi, alteram post GLAESSERI obitum chemiae partem experimentis illustrantis, praelectionibus interfui, nec non Exp. ERDMANNO historiam Galvanismi experimentis illustratam debo, cuius et amicitia et benevolentia sempiteruae memoriae inlata erabit. Praeterea maxime laetor ob occasionem publice disputandi mihi datam; saepius enim in actibus inauguralibus medicis dissentientis munere functus sum.

Quo vero feliori cum successu studia continuare atque ad portum metamque votorum meorum attingere possem, ex PRINCIPIIS SEREN. ELECT. summa clementia stipendio procuratorio ornatus, atque a SVMMO SENATV ECCLESIASTICO insignibus beneficiis adiutus sum. Almae vero matri Academiae stipendium mensae Vateriane; Facultatis Theologicae Assessoribus summe Reuerendis stipendium Sigismundianum, Facultatis autem medicae Assessoribus Experientissimis multa beneficia, gratus debo. Neque silentio praeterire possum Virum III. STVEBELIVM, nec non Virum Excellent. SCHROECKHIVM, Patronos ac Fautores singularis erga me benevolentiae, quibus etiam multa debo commoda.

His igitur Patronis omnibus ac singulis, Maecenatibus Grauissimis, Optimis, maximas quas possum ago gratias. Te vero Numen sanctissimum deuotissimo adoro animo quod me apud exterios eximiae munificentiae ac benevolentiae Patronis gaudere atque ita feliciter ad finem meum exoptatissimum peruenire clementissime voluisti; ut autem, quae in me colloca- runt, beneficia large Illis liberaliterque remunereris, meque et in posterum eorum benevolentia ac fauore frui concedas, atque meis conaminibus in posterum quoque auxilio tuo diuino annuas, sanctissime oro rogoque.

Si itaque Arti medicae omniue doctrinæ, quæ ad eam attinet, exquisitus studuit, confectoque Academico cursu feliciter peracto, Licentiati Honores ab Ordine nostro modeste petiit; et cum in Examene instituto optima profectuum Specimina ediderit, decretum est, ut meo sub Praesidio Dissertationem proprio marte elaboratam: *an Frigus debilitet, an roboret?* publice defendat. Solenni ergo huic Actui ut RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, COMITES et LIBERI BARONES, PATRES CONSCRIPTI, aliique FAUTORES benevol- le interesse velint; humanissime rogamus.

Domin. post Fest. Epiphan. II. a. CCCCLXXXIII.